



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

13. Aprilis. Ille beatè vivit, qui, quoad fieri potest, & in in Deo mentem, & Deum in mente versat assiduò. S. Ignat. vitæ l. 3. n. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Qui vulnus habet, medicinam quærit;  
nec sollicitus, an suavis? modò utilis illa  
sit. Insipiens, qui medelam non admittes-  
ret, nisi dulcem.

### 13. Aprilis.

*Ille beatè vivit, qui, quoad fieri potest, & in  
in Deo mentem, & Deum in mente ver-  
sat assiduò. S. Ignat. vitæ l. 3. n. 1.*

**Q**uid habet homo ex omni labore suo?  
Ut trochus inutili motu continuò  
volvitur, donec concidat; ita sine fructu  
humanæ agitantur curæ, nisi in eo quie-  
scant, ad quem conditi sunt.

Difficile est curis distrahi, & mente im-  
mobiliter in Deo hærere: sed quod potest  
in acu polari natura, cur in te non possit  
gratia? quocunque volvatur illa, seu su-  
dum arrideat cœlum, seu minetur turbi-  
dum, à polo non dimovetur. Sic mobile fit  
fixum.

Beata mens! quæ olympi montis æmula  
tempestatibus quidem obnoxia est, sed  
vertice super has altior perpetuam alit se-  
renitatem. Hæc mentis in Deo fixæ felici-  
tas est.

Ut soli Soli oculos indulget aquila, ita

unum cor hominis uni debetur Deo; in hoc habet omnia, extra quem nihil est omne, quod esse putatur, umbra boni, non tam umbra, quàm deceptio.

14. Aprilis.

*Quos robusto pectore, & virtute masculinos solidos comperimus, ut habemus charitabiles, ita exilibus etiam de navis severis veniunt castigandi. S. Ignat. vitæ l. n. 36.*

**Æ**gro faciliùs aliquid indulgetur; quod ad modicum etiam vulneris attritum gemit; molli manu tractandus; afflicto sanis supervacanea est ista sollicitudo; de qua utilis exercetur, ne ad quemlibet casum langueat.

Quos majori affectu, hos pari etiam cura prosequimur. Amare, est bonum velle non amat, qui errata dissimulat, qui morborum vitia non succidit; doleat licet amato, modò prosit.

In pretiosioribus minùs tolerantur laesiones. Quodvis vitium demit margaritam pretium. Quem amas, ita cura, ita excolas ut naevo omni careat.

Etiam parva multùm nocent, spina re-